Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



70

um prohibent de illo. non in superficie pretransiri. Non enim tantummodo aut tu domine domine fac mecum. s; aut et tu. Quod et tu nisi et ego. Quod autem non semel dicens; repetens aut domine domine. habet in hoc orationis affectum. sicuti est ds ds ms. Quod cum dixisset fac mecum. addidit propter nomen tuum. [illegible] gratiam commendauit. Nullis enim operum meritis precedentibus; in tanta celsitudine subuecta est humana natura. ut totum simul uerbum et caro. hoc est ds et homo. unigenitus dei filius diceretur. Hoc enim factum est ut ab illo quem creauit per id quod non peccauerat. id quod peccauerat quereret. Non et hic sequitur. et suauis est mitis tua. Libera me et egenus et pauper ego sum. Egestas et paupertas infirmitas est. ex qua crucifixus est. Et cor meum conturbatum est intra me. Hoc ad illud refertur quod ait. propinquante passione. tristis est anima mea usque ad mortem. Sicut umbra cum declinat ablatus sum. Hoc ipsam mortem significauit. Sicut enim ex umbra declinante fit nox. sic ex mortali carne fit mors. Excussus sum sicut locusta. Iam hic in membris eius. hoc [illegible] est fidelibus; quos. conuenientius intelligi existimo. Quod ut aliquanto apertius poneret. maluit dicere sicut locusta. quam sicut locusta. quamuis et numero singulari possent accipi et multitudine. sicut et illud est. dixit et uenit locusta. si esset obscurum. Excussi sunt quia id est fugati a persecutoribus; fideles eius. quos ut multitudinem significaret uoluit nomine locustarum. ut quod transierunt de loco in locum. Genua mea infirmata sunt a ieiunio. Legimus dominum xpm quadraginta dierum habuisse ieiunium. Sed tantum ne in eo ualuit illa media. ut genua eius infirmarentur. & hoc in membris eius. hoc est in fidelibus eius. aptius intelligitur. Et caro mea immutata est propter oleum. propter gratiam spiritalem. Vnde et xpc appellatur a chrismate. Chrisma autem est unctio. Caro autem propter oleum non in deterius. sed in melius immutata est. hoc est amoris contumelia in gloriam immortalitatis excurrens. Cum tanquam dixisset genua mea infirmata sunt a ieiunio. ut significatum esset arbitrio eos quia in membris eius fortes uidebantur. tanquam presumpta panis quo sustentabantur abstracta. et eius passione defecisse usque ad negationem que apparuit in petro. tanquam ad eos confirmandos ne succumbendo penitus caderent. & caro mea inquit immutata est propter oleum. ut illos a mea morte deficientes. mea resurrectione firmare. & misso spiritu sancto ungere. qui non ad eos uenisset. nisi ego abissem. Hoc enim dixerat. Non potest ille uenire. nisi ego abiero. Et euangelista dixit. Non dum erat spiritus datus. quia ihesus non dum fuerat glificatus. Non dum erat immutata caro eius. Sunt autem per aquam propter ablutionem uel irrigationem. siue per oleum propter exultationem et inflammationem caritatis significet spiritum